Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

tribue a quo nihil speret: Quid p̃sonas eligis. Quid membra mispi
cis: Ho homine ubi habendus est. Quisquis ideo precatur: quia te
hominem putet: A bice umbras illas imagines q̃ iusticie atq; ipam
verum & expressam tene: Largire cecis. debilibus. claudis. destitutis:
quibus nisi largiare: moriendum est: Inutiles sunt hominibus: sed
utiles deo: qui eos retinet in uita. qui spū donat. qui luce dignatur:
fove quantum in te est. & animas hominū ne extinguantur humā
tate sustenta: Qui succurere puero pot: si non ꝑ succurrit occidit:
Verum isti: quia neq; naturam retinent: neq; pmiū in eo: quod fit:
sciunt. dum p̃dere timent. p̃dunt. & id quod maxime cauent: mi
dunt: ut quicqd largiuntur. aut pereat omnino. aut ad tempus bre
uissimum prosit: Nam qui exiguum p̃ suptu miseris negant: qui con
seruare humanitatem sine dampno suo volunt patrimonia sua effun
dunt: ut aut pituita & fragilia sibi comparent. aut certe maximis suis
dampnis nihil consequantur: Quid h. dicendum dī de his: qui po
pulari leuitate deducti. vel magnis uribus sufficiunt opes exhibē
dis muneribus impendunt: nisi eos dementes. atq; furiosos: qui pres
tent id ppl̃o: & ipsi p̃dant: & nemo eorum: quibus prestitum: accipi
at: atq; ut est omnis voluptas caduca & breuis oculorum maxime
& aurium. aut obliuiscuntur homines: & alterius damna pro in
gratis habent. aut & offenduntur: si non est libidinis uulgo satisfactum
ut & homines stultissimi malum sibi compuerunt. & si a deo placue
rint nihil amplius q̃ uanem fauorem puerorumq; dierum fabulas
assequantur: Sic quotidie lenissimorū patrimonia in res supuacuas p
digunturi: Hum ergo illi sapientiores: qui utiliora & diuturniora
ciuibus suis exhibent munera: Hi scilicet. qui publicis opibus obse
ruatis memoriam nomini suo q̃runt. ne isti quidem recte bona sua in
terra sepeliunt: Quia nec memoria quicq̃ mortuis confert. nec opi cor
sempiterna sunt. Si quidem aut uno tremore dissipantur terre & cor
ruunt: aut fortuito consumuntur incendio. aut hostili aliquo im
petu diruuntur. aut certe vetustate ipsa dissoluta labuntur: Nihil e
h. ut ait orator opere & manu facti. quod non conficiat & consumat
vetustas. Ad hec iusticia & leuitas floresciit quotidie magis: Illi ergo me
liores: qui tribuibus suis aut clientibus largiuntur: Aliquid h. prestant
hominibus & prosunt: Sed non est vera illa vera largitio & iusta: Beni
ficentia h. nulla est: ubicumq; iniciatur non est: Sent ergo quicqd gratuite
tribuitur non indigentibus. aut cum fenore redit. & beneficentia nō erit.

In oratione pro M. marcello.